



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 588/13/L

DIOECESIUM BRASILIAE

Beatum Franciscum de Paula Castelló i Aleu, qui vitam suam pro Christo profundere non haesitavit, clerus et christifideles dioecesium Brasiliae peculiari necnon assiduo cultu prosequuntur.

Inde Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Raymundus Damasceno Assis, Archiepiscopus Apparitiopolitanus et Praeses Conferentiae Episcoporum Brasiliae, communia excipiens vota, electionem Beati Francisci de Paula Castelló i Aleu in Patronum apud Deum Peritorum Scientiae Alchimiae in Brasilia rite approbavit. Idem vero, litteris die 19 mensis iulii anno 2013 datis, enixe rogavit, ut huiusmodi electio et approbatio iuxta Normas de Patronis constituendis confirmarentur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice FRANCISCO tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

BEATUM FRANCISCUM DE PAULA CASTELLÓ I ALEU, MARTYREM,
IN PATRONUM APUD DEUM
PERITORUM SCIENTIAE ALCHIMIAE IN BRASILIA

confirmat.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 16 iunii 2014.

D. Dominus, Card. Cañizares
Praefectus

(Antonius Card. Cañizares Llovera)

Praefectus

+ Arturus Roche

* Arturus Roche